

Experientia corolla,
viro præclarissimo
atq[ue] consultissimo,
domino Matth...

Petraeus, Carl Andersson,

82 Aa 13/2 Sveder



National Library
of Sweden



EXPERIENTIÆ COROLLA,
VIRO
PRÆCLARISSIMO atq; CONSULTISSIMO,
DOMINO

MATTHIÆ SVEDERO,

Dum

Post multos in terris exoticis exantlato labores in celeberrimam Juris Professionem
in Univ. Ab. Regiâ præeunte confirmatione, die 18. Novemb. Anno 1686, solenni pompâ, exultantibus
Musis Aboicis, introduceretur:
à Discipulis devotè contexta.

DOMINUS MATTHIAS SVEDERUS JURIS U-
TRIUSQUE PROFESSOR EXCELLENTISSIMUS:

Per anag: add: O

TU ES MISSUS A DEO CUIVIS; ET HIS DEXTERRIMUS
INFORMATOR, USQVE, POLLES: RISUS.

Elaboratio.

Istalis ut gemmas, ut Lydius aurifer amnis,
Proxima fat ditat, fertilitate sua:
SVEDERUM peperit sic nostrum Svedica tellus,
Cujus doctrinâ, Fennia nunc colitur
INFORMATOR ES, ET CUIVIS DEXTERRIMUS, USQVE
MISSUS Rege, DEO, munera cui dederat
VIRTUS; quâ POLLENS, RISUS contemnis eorum,
Qvi violare student dogmata sancta Dei.
TU immortalis ut es Romanis, Gallus, & Anglus,
Danus, Belga, Italus, Te celebrare sciunt;
Sic TIBI nos canimus ceras implendo capaces,
Sublimi Doctor pectore & ore simul.
Attingat coelum honor, usque ad sidera surgat!
Euge! solum atque salum TE sine fine colant!
Teque canant mystæ, pariter geniosa juvenus
Scendenti Astræ pulchra pulchra Deæ.
Dent alii carmen, nunc HIS connectere vota.
Pergam: sis felix, secula multa vige!
Te beet usque Pater clemens, moderator olympi!
Laudibus immodicis Clarus & Astra Petas.

Arperere qui cupiunt modo dulcia quæq; senectæ,
Scandere vel celsum culmen honoris avent,
Coguntur varios hic exhaurire labores,
Occupat ac artus sudor anhelus iis;
Irrumpunt tandem stimuli mÿriasq; malorum,
Perdit Segregium dira calumnia iter,
Ingruit in campum lepidum nimbo sa procella,
Corrodens sevo cuncta furore suo.
Aspice sed SUDANS hominum miserabile fatum,
Comperies subito, sit quid opaca cohors?
Dissipat ut nubes nebulas sol obvenientes,
Proruit ut torrens alta repagula, que
Opponuntur ei, turgescens murmure magno,
Sic virtus surgit proruit atq; viget.
Phosphorus exoritur per totum splendidus orbem,
Sic nascens virtus inviolata manet,
Laurea jerta suis tandem tentata reportat,
Et dat pro meritis digna brabeja bonis,
Dixi pro meritis, illis qui perpete passa
Musarum sudant in stadio rigido;
Hos juvat & qui sceptrâ tenet radiantis Olympi,
Patronos dando ne violata ruant
Castra Aganippiadum subito, nec culta minerva
Nota per arctos Hesperiasq; plagas,
Gratulor hinc nobis queis contigit bacce corona,
Musarumq; decus conciliante Deo,
Scilicet excellens Gothicus qui natus in oris
SVEDERUS nostras appulit ecce plagas!
Appulit & nostram felix Catbedramq; salutat:

*Sic meruit virtus, sic meruitq; labor.
Grates heic Domino memori de Pectore promo,
Surrripit ille alios surrogat ille itidem!
Salve! Percelebris Fautor tu candida stella
Auræ passus! sit tibi fausta dies!*

MATTHIAS SVEDERUS

Per anagramma,

MATTAS. HERUS. VIDES.

Ritè VIDES MATTAS sparsas, SVEDERE Professor,
Ingredere exultans castra polita tua;
Vive! HERUS en juris fuerasq; corolla juvenæ,
Flosculus egregius, Castalidumq; decus!!!

Novo Præceptor
gratulabundus accinebat
HENNINGUS H. FULDHA Tavast.

Uncta salus Regni fulcris innixa duobus,
Robur & illius bina columna refert.
Est geminis populi tabulis & vita notata:
Hæc pia commonstrat, justa sed illa refert.
Hæc ubi caruleo protrudunt vimine gemmas,
Radices dulces ducit utrumque suas,
Hæc ubi conjunctis Patriæ bona viribus ornant,
Creber ubi gemmas usus utraq; tenet:
Est ibi gens felix placidaq; quieta sub umbra,
Cui licet his Dominis his ducibusq; regi;
Sub patulo svavem ducit nam tegmine vitam,
Excolitur pietas, recta coluntur item.
Thura Chorus fert, jura forum, sua rura thorosq;
In pietate colit, justitiaque tenet.
Tanta sed ut vigeant in nostro commoda regno
His Musæ semen principumque dabunt
Palladium juveni fundamen juris & æqui
Suppeditet, doctum publica voxque simul.
Plaude solum boreale, tuæ gratare saluti,
Te pietas decorat jus polit atque ratum!
Subtracto celebri tibi namque interprete juris,
Alter adest simili dans tibi jura modo,
Qui gentes, urbes peragrans & distita regna,
Leges & populos jura probavit item.
Grotius ipse sagax naturæ traditor æqui,
Mævius & quicquid Justinianus habet,
Ictorum quidcunq; docet schola docta per orbem,
Huic dudum expertum terra remota dedit.
Salve igitur multum celebris SVEDERE Professor,
Nostra simul felix pulpita scande diu!

*Ita in solennem inaugurationis Actum Præceptoris
sui animum prolixum ex tempore declamavit*
GEORGIUS FABRICIUS.

Obilis cerebrum dederit si culta minerva,
Si plures Musis me tribuisse dies
Contigerit: faciam prolixo carmine Votum:
Nunc sed quod tenerum mentis acumen habet,
Suscipe felici munus præclare Professor
Sydere, palladium jura doceque diu!
Ingenio prodis nobis ut pluribus annis,
Crescat ut ingenio docta juvena tuo!

Hæc accinit
JOHANNES B. RUDOLPH, Wiburg.

Tryckt i Abo
off
Johan Winter/
Kongl. Boftr.

Abr
Ester Christi Bodelse
1686.

